

per me infrascriptum Secretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas Sua benigne approbavit. Die 17 Martii 1738.

Joannes Archiep. Tyri Secret.

XCIII.

ORDINIS CARMELITARUM.

Ad humillimas preces porrectas a P. Procuratore Generali Ordinis Carmelitarum Calceatorum pro communicatione Altaris Privilegiati quotidiani perpetui, quod supponitur concessum a Gregorio XV vivae vocis Oraculo in omnibus Ecclesiis Fratrum Carmelitarum Excalceatorum; Sac. Congregatio Indulgentiis et Sacris Reliquiis praeposita sub die 30 Augusti 1738 censuit supplicandum Sanctissimo pro declaratione ejusdem privilegii, illudque confirmari, et quatenus opus fuerit de novo concedi: itemque communicari ad omnes Ecclesias Conventuum Fratrum Carmelitarum Calceatorum tam erectas quam erigendas. Et facta de praedictis per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatione sub die 10 Septembris ejusdem anni, Sanctitas Sua benigne annuit.

L. EPISC. ALBANEN. CARD. PICUS PRAEF.
Joannes Archiep. Tyri Secret.

XCIV.

Delatis ad Sanctam Sedem per Organum Sac. Congregationes de Propaganda Fide tribus Summariis, seu Formulariis Indulgentiarum typis Sinicis impressis, quorum primum in italicum idioma versum continet Indulgentias ut infra, secundum vero in latinum idioma translatum, tertium denique pariter in latinum ut sequitur, SS. D. N. Clemens PP. XII sub die octava mensis Octobris 1738 prohibuit praefata Summaria continentia Indulgentias falsas apocriphas et a stylo concessionum S. Sedis et Sac. Congregationis Indulgentiarum et Sac. Reliquiarum exorbitantes, sub poenis canonicis et excommunicatione ipso facto incurrenda a quibuscumque sive Saecularibus, sive Regularibus cujuscumque Ordinis etiam Societatis Jesu publicantibus prae-

dicta Summaria, vel aliquas in iis contentas Indulgentias, et per Em. et Rev. D. Cardinalem Praefectum ejusdem Congregationis hoc decretum expediri mandavit.

Die Audientiae 8 Octobris 1738.

PRIMO SOMMARIO

Foglio d' Indulgenze plenarie nelle feste mobili della Confraternita dell' Annunziata di Nostra Signora.

Nella Quaresima, eccettuata la domenica, ogni giorno si guadagna centocinquantamila e quattro anni d' Indulgenza; nel giorno delle Ceneri Indulgenza plenaria, e la domenica seguente con Lunedì, Giovedì, Venerdì e Sabato Indulgenza plenaria; nel Martedì si libera un' anima dal Purgatorio; seconda Domenica di Quaresima con il Sabato antecedente libera un' anima dal Purgatorio; la terza domenica Indulgenza plenaria, di più libera un' anima dal Purgatorio; la quarta Domenica libera un' anima dal Purgatorio, il Sabato seguente libera un' anima dal Purgatorio; la Domenica delle Palme Indulgenza plenaria e in tutti i giorni seguenti fino alla Domenica in Albis; il Lunedì e Mercoledì avanti l' Ascensione di N. S. sono 154000 anni d' Indulgenza; nel giorno dell' Ascensione di N. S. Indulgenza plenaria; nel giorno di Pentecoste colli quattro giorni seguenti è Indulgenza plenaria e nel Giovedì e Sabato si libera un' anima dal Purgatorio; nella prima Domenica dell' Avvento ci sono 154000 anni d' Indulgenza, il Venerdì delli quattro Tempi d' Inverno Indulgenza plenaria ed in ogni giorno delli quattro Tempi dell' anno sono 154000 anni d' Indulgenza; in ogni Sabato si guadagna Indulgenza plenaria.

Regola delle Indulgenze plenarie della Confraternita dell' Annunziata di Nostra Signora.

Gregorio XIII ha concesso a' Cristiani queste Indulgenze e quando il P. Francesco della Compagnia di Gesù andò a

Roma (pare che sia il P. Kastner) Sua Santità Clemente XI nel giorno dell' Epifania del 1705 ha concesso di promulgarle per tutte le provincie della Cina.

Nella Circoncisione di N. S. Indulgenza plenaria; nella festa dei tre Rè, e di S. Felice di S. Marcello ed Antonio Abate Indulgenza plenaria; nella festa di S. Prisca Indulgenza plenaria; nelle feste de' Ss. Fabiano e Sebastiano Indulgenza plenaria; nel giorno di S. Agnese 1400 anni; nel giorno de' Ss. Vincenzo ed Anastasio 40 anni d' Indulgenza; nel giorno della Conversione di S. Paolo Indulgenza plenaria, S. Crisostomo Indulgenza plenaria. S. Agnese secondo 200 anni d' Indulgenza. Nella Purificazione di Nostra Signora Indulgenza plenaria. S. Anna 28 anni d' Indulgenza; S. Pietro Indulgenza plenaria; S. Mattia Apostolo Indulgenza plenaria; S. Tommaso d' Aquino Indulgenza plenaria; S. Gregorio PP. Indulgenza plenaria; S. Giuseppe Indulgenza plenaria; nella Annunciazione di Nostra Signora Indulgenza plenaria col giorno antecedente. Da questo giorno poi fino alla festa di S. Ignazio si guadagnano ogni giorno 2000 anni d' Indulgenza, con rimettere anche la terza parte della pena; per S. Giorgio Indulgenza plenaria; per S. Marco Indulgenza plenaria; per i Ss. Filippo e Giacomo Indulgenza plenaria ed in tutte le Domeniche susseguenti fino dopo la festa di S. Paolo è Indulgenza plenaria. Nell' Invenzione della S. Croce Indulgenza plenaria; S. Monica Indulgenza plenaria; S. Giovanni ante Portam Latinam Indulgenza plenaria e libera un' anima dal Purgatorio; nell' Apparizione di S. Michele Indulgenza plenaria; S. Marcellino 1000 anni d' Indulgenza; S. Barnaba Indulgenza plenaria, Ss. Vito e Modesto Indulgenza plenaria; S. Gio. Battista Indulgenza plenaria; Ss. Giovanni e Paolo 1000 anni d' Indulgenza; S. Leone 1000 anni d' Indulgenza; S. Pietro e Paolo Indulgenza plenaria; Ottava di S. Giovanni Indulgenza plenaria; la Visitazione di Nostra Signora Indulgenza plenaria; S. Bonaventura Indulgenza plenaria; S. Alesio Indulgenza plenaria; S. Margarita Indulgenza plenaria; S. Pras-

sede 200 anni d' Indulgenza; S. Maddalena Indulgenza plenaria; S. Apollinare 1000 anni d' Indulgenza; S. Cristina 1000 anni d' Indulgenza; S. Giacomo Apostolo Indulgenza plenaria; S. Anna Indulgenza plenaria; S. Pantaleone 48 anni d' Indulgenza; Ss. Nazario e Celso tre anni d' Indulgenza; Ss. Adon et Sennen 8 anni d' Indulgenza; S. Pietro in Vincula Indulgenza plenaria; l' Invenzione di S. Stefano Indulgenza plenaria; S. Domenico Indulgenza plenaria; la Dedicazione di S. Maria ad Nives Indulgenza plenaria; nella Trasfigurazione di N. S. Indulgenza plenaria; S. Ciriaco Indulgenza plenaria; S. Lorenzo Indulgenza plenaria; S. Chiara Indulgenza plenaria; la Vigilia coll' Assunzione di Nostra Signora Indulgenza plenaria; l' Ottava dell' Assunzione di N. Signora Indulgenza plenaria; S. Bartolomeo Apostolo Indulgenza plenaria; S. Agostino Indulgenza plenaria; la Decollazione di S. Giovanni Indulgenza plenaria; S. Egidio Indulgenza Plenaria; la Vigilia e la Natività di Nostra Signora Indulgenza plenaria; S. Nicola da Tolentino Indulgenza plenaria; Esaltazione di S. Croce Indulgenza plenaria; S. Eustachio 1400 anni d' Indulgenza; S. Matteo Apostolo Indulgenza plenaria; Ss. Cosma e Damiano 7000 anni d' Indulgenza; la Dedicazione di S. Michele Indulgenza plenaria; S. Girolamo Indulgenza plenaria; S. Francesco Indulgenza plenaria; S. Luca Indulgenza plenaria; Ss. Simone e Taddeo Apostoli Indulgenza plenaria; la festa di tutti i Santi Indulgenza plenaria; Commemorazione di tutti i Cristiani morti Indulgenza plenaria; l' Ottava di tutti i Santi Indulgenza plenaria; nella dedicazione della Basilica del Salvatore Indulgenza plenaria; la Dedicazione della Basilica di S. Pietro Indulgenza plenaria; la Presentazione di Nostra Signora Indulgenza plenaria; S. Cecilia Indulgenza plenaria; S. Clemente Indulgenza Plenaria; S. Caterina Indulgenza Plenaria; S. Andrea Apostolo Indulgenza plenaria; S. Barbara Indulgenza plenaria; S. Saba 100 anni d' Indulgenza; S. Nicola di Bari Indulgenza plenaria; S. Ambrogio Indulgenza plenaria; l' Immacolata Concezione di No-

stra Signora Indulgenza plenaria; S. Tommaso Apostolo Indulgenza plenaria; nella Vigilia e Natale di N. Signore Indulgenza plenaria; S. Stefano Indulgenza plenaria; S. Giovanni Evangelista Indulgenza plenaria; nelli Santi Innocenti Indulgenza plenaria; S. Silvestro Indulgenza plenaria.

Per guadagnare le sudd. Indulgenze bisogna venire alla Chiesa e pentito de' suoi peccati, basta solamente dire 7 Pater e 7 Ave Maria, con che guadagna tutte l' Indulgenze di quel giorno, come se fosse a Roma, per guadagnarle con le buone opere per tutte le Chiese, nè di questo resta dubbio alcuno. Se alcuno sta ammalato o sta fuori di casa, o una vergine che non può venire in Chiesa, può però guardare la regola della Confraternita con recitare tutto quello che sta prescritto, riceve anche l' Indulgenze della propria Chiesa, ed il grande ajuto di Nostra Signora aggiungerà il spiritual frutto che è certissimo.

Stampato nell' anno 12 di Yung-vin Imperatore cioè nell' anno 1734.

SECONDO SOMMARIO.

Summus Pontifex Leo dedit Christianis secum deferentibus Sanctam Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae Imaginem, sequentes Indulgentias.

Qui recitabunt quinque Pater et Ave pro Exaltatione Sanctae Religionis et extirpatione haeresum et pro concordia Christianorum, obtinet plenariam debitarum peccatorum suorum poenarum Indulgentiam; Qui recitabit tertiam partem Rosarii Beatae Mariae Virginis vel 33 Pater noster vel aliud Rosarium Beatae Mariae Virginis obtinet plenariam Indulgentiam; Qui diebus Dominicis vel quarta feria, vel in omnibus festis Beatae Mariae Virginis recitabit novem Ave Maria et unum Pater Noster, conformando se, liberabit animam de poenis Purgatorii et in Coelum ascendet; Qui post Communionem dicet quinque Pater et Ave liberabit Animam de poenis Purgatorii; Qui recitabit ter Pater et Ave ut peccatores vere do-

leant de peccatis, obtinet 33 annorum et 40 dierum Indulgentiam; qui in articulo Mortis ore si possit vel corde ter invocaverit SS. Nomina Jesu et Mariae, et defert hanc Sanctam Imaginem etiam obtinet plenariam Indulgentiam.

TERZO SOMMARIO

Summus Pontifex recenter dedit plenarias Indulgentias ei qui recitat 34000 Pater et Ave.

Qui audit 34 Missas, qui servat 34 jejunia, qui se mortificat 24 vicibus, qui facit 34 opera Misericordiae corporalia vel spiritualia. Quotiescumque faciet unum ex dictis operibus, liberabit de Purgatorio 34 animas, et 34 peccatores convertentur; necesse autem est, ut orans toto corde respiciat Sanctum Cor Jesu Christi.

XCIV.

In Sacra Congregatione Indulgentiarum habita in Palatio Apostolico Quirinali die 16 Februarii 1739 proposito dubio « *An translata sodalitate intelligantur etiam translatae Indulgentiae?* » Eadem Sacra Congregatio respondit « *Affirmative* ».

Datum Romae etc.

XCVI.

ORDINIS S. AUGUSTINI.

Cum alias Sac. Congregatio Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita sub die 4 Februarii 1736 prohibuerit Fratibus Ordinis S. Augustini usum impertiendi Benedictionem Papalem nuncupatam, ex eo quia nullo canonico fundamento concessionis Apostolicae niti repertum fuerit, eamque prohibitionem, delatum sit, in aliquibus conventibus non omnino fuisse servatam, Eadem Sac. Congregatio sub die 16 Februarii 1739 iterum prohibendo usum impertiendi dictam benedictionem, censuit concedi posse Fratibus praedicti Ordinis facultatem communicandi in propriis Ecclesiis Confratribus et Consororibus Cincturatis omnes Indulgentias eidem ordini per Sedem Apostolicam con-

cessas a Religioso ad hunc effectum deputando, Feria Secunda Paschatis, Feria Secunda Pentecostes, Dominica infra Octavam festi S. Augustini Episcopi et Confessoris, ac die festo S. Stephani Protomartyris, dummodo dicti Confratres et Consorores Cincturati sint vere poenitentes et confessi, nec non S. Communione refecti, et se sistant coram Religioso facultatem habente, alias dictas Indulgentias consequantur. Insuper censuit posse communicare orationes, jejunia, Missas, aliaque bona opera quae fiunt in dicto ordine eisdem Confratribus et Consororibus qui praesentes fuerint. Communicatio autem fiat nudis et simplicibus verbis sine ullo publico ritu sequenti modo videlicet « *Concedimus vobis Fratres facultatem ex auctoritate nobis a Pontificibus Romanis specialiter indulta, ut consequi possitis omnes et singulas Indulgentias, et peccatorum remissiones nostrae Sacrae Religioni concessas juxta privilegiorum tenores ab eadem Sede Apostolica obtentorum, sit vobis Omnipotens Deus indulgor, omnium criminum vestrorum, deleat, atque dimittat omnia peccata vestra Dominus Noster Jesus Christus qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen. Item communicamus vobis Fratres orationes jejunia, Missas, caeteraque opera bona, quae per Dei gratiam in nostra Congregatione et Ordine fiunt in Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen* » Eadem Sac. Congregatio censuit prohibendum esse, ne Fratres dicti Ordinis ad hujusmodi communicationem Confratres et Consorores Cincturatos publice invitent ad suas Ecclesias pro ea consequenda in Civitatibus, terris et locis, hoc est in plateis, viis et locis publicis non exponant neque per se neque per alios schedulas impressas sive manuscriptas, nec pulsent campanas, quibus indicetur et promulgetur talis Communicatio; ac demum praefata Sac. Congregatio censuit injungendum esse universis et singulis ejusdem Ordinis Superioribus et Fratribus ut praescriptam formulam, aliaque desuper statuta perpetuo observent in virtute S. Obedientiae et sub Excommunicationis poena eo ipso incurrenda. Et facta per me infrascriptum Secretarium de praedictis SS. D. N. relatione

sub die 25 ejusdem mensis et anni, Sanctitas Sua benigne approbavit.

L. EPISCOPUS CARD. PICUS PRAEFECTUS
J. Archiepiscopus Tyri Secret.

XCVII.

ASSISIEN.

Sac. Congregatio Indulgentiis et Sacris Reliquiis praeposita sub die 16 Februarii 1739 declaravit, Indulgentiam Portiunculae esse praecise affixam diei 2 Augusti, eamque incipere a primis Vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei. Indulgentiam vero quotidianam concessam a S. M. Innocentio XII visitantibus Ecclesiam S. Mariae Angelorum non esse eandem cum praefata Portiunculae, et ponendum esse lapidem ad latus Portae Ecclesiae cum hujusmodi inscriptione. Insuper ex causis notis Sac. Congregationi censuit prohibendas esse quascumque attestaciones seu, ut ajunt, schedulas solitas dispensari Fidelibus a Religiosis sub poena Excommunicationis ipso facto incurrendae, de quibus omnibus certiolem fieri voluit Episcopum, ut invigilet pro executione, et ad Eminentissimum Cardinalem Praefectum cum Commissario Generali ad mentem. Et facta per me infrascriptum Secretarium de praedictis omnibus Sanctissimo Domino Nostro relatione sub die 25 ejusdem mensis et anni, benigne approbavit. Datum Romae etc.

L. EPISCOPUS ALBANEN. CARD. PICUS PRAEF.
Joannes Archiepiscopus Tyri Secret.

XCVIII.

TERULEN.

An ratione subjectionis Monasterii Monialium Ordinis Carmelitarum Excalceatorum competat Episcopo Terulen: facultas benedicendi parvos habitus ejusdem Ordinis cum annexis Indulgentiis?

Sac. Congregatio diei 2 Maii 1739 respondit « Non spectare, nec spectasse ad Episcopum facultatem benedicendi Scapularia,

sive parvos habitus B. Virginis de Monte Carmelo, non obstante consuetudine, et aggregati recurrant ad Superiores Ordinis pro nova aggregatione ».

XCIX.

Ad humillimas preces Patris Francisci Retz Praepositi Generalis Societatis Jesu, quibus exposuit multos vel ad impetrandas intercessionem S. Aloisii Gonzagae a Deo Gratias, vel pro impetratis, sex Dominicas dies ante illius Festum, sive alias per annum pie celebrare consuevisse. Sac. Congregatio Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita in Divini cultus incrementum et Fidelium spiritualem profectum, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui sex Dominicas dies ut supra vere poenitentes confessi Sacraque Communione refecti, piis orationibus aut meditationibus, aliisve Christianae pietatis operibus ad ejusdem Sancti honorem ac Dei gloriam vacando sanctificaverint, Plenariam peccatorum suorum Indulgentiam concedi posse censuit, si Sanctissimo placuerit die 3 Octobris 1739. De quibus facta per me Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die 11 Decembris ejusdem anni.

L. EPISCOPUS ALBANEN. CARD. PICUS PRAEF.
Joannes Archiepiscopus Tyri Secret.

C.

Cum nuper Sanctissimus Dominus Noster de consilio Congregationis Indulgentiis et Sac. Reliquiis praepositae Fidelibus utriusque sexus, qui sex Dominicas dies continuas ante Festum S. Aloisii Gonzagae, sive alias per annum vere poenitentes confessi Sacraque Communione refecti piis Meditationibus aut Orationibus aliisve Christianae Pietatis operibus ad Ejusdem Sancti honorem ac Dei gloriam vacando sanctificaverint Plenariam peccatorum suorum Indulgentiam concesserit; quaerentibus postea quibusdam nunc pro omnibus simul dictis sex Dominicis, an potius pro singulis talis Indulgentia fuerit concessa; relato per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Cardinalem

Praefectum hujusmodi dubio, Sanctitas Sua ad fovendam erga eundem Sanctum miram ob tot gratias tum spirituales tum temporales Populorum devotionem benigne declaravit, dictam Indulgentiam pro singulis concedi, idque in Decreto exprimi mandavit. Die 7 Januarii 1740.

L. EPISCOPUS ALBANEN. CARD. PICUS PRAEF.
Joannes Archiepiscopus Tyri Secret.

CI.

SEKEN.

1.^m *An Moniales Sanctorum Abundii et Abundantii Ordinis Cassinensis S. Benedicti extra moenia Civitatis Senarum exclusae dicantur a Privilegiis Altarium Ordini Cassinensi concessis in casu etc.? et quatenus negative.*

2.^m *An concedenda sit illorum communicatio?*

Sacra Congregatio diei 4 Februarii 1741 respondit

Ad 1.^m Affirmative.

Ad 2.^m Pro Gratia.

CII.

Ad humillimas preces Fr. Leopoldi Pii Sormani Vicarii Generalis Ordinis S. Joannis de Deo Congregationis Italiae Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV sub die 31 Maii 1741 benigne in perpetuum indulsit, ut omnes et singulae Missae, quae in vim statutorum Ordinis praefati celebrari solent pro ejusdem Religiosis ab hac luce migrantibus, ad quodcumque Altare Ecclesiarum Ordinis et Congregationis ejusmodi in Italia, Gallia, Germania, et Polonia sive erectarum, sive in posterum erigendarum celebratae fuerint perinde suffragentur, ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuissent. Datum etc.

L. CARD. PICUS PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CIII.

PATAVINA.

Ad humillimas preces Leonorae Badoer Abbatissae, ac Monialium Monasterii et Ordinis S. Benedicti Civitatis Patavinae, Episcopi tamen jurisdictioni subjectarum, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV Privilegium quotidianum perpetuum pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, concessum Altari ejusdem S. Benedicti, ac omnibus Altaribus in obitu vel alio die pro singulis Religiosis decedentibus a fel. rec. Clemente XII sub die 6 Martii 1739 in omnibus Ecclesiis Monachorum Congregationis Cassinensis, et Monialium sub eorum gubernio, cura, et jurisdictione existentium, sub die 15 Julii 1741 Altari S. Benedicti, et omnibus respective Altaribus Ecclesiae praefati Monasterii S. Benedicti benigne communicavit.

L. CARD. PICUS PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CIV.

MONIALIUM CLARISSARUM ORDINIS S. FRANCISCI.

Proposito dubio, « *an Ecclesiae Monialium Clarissarum S. Francisci Assissinatis gaudeant Indulgentia Portiunculae nuncupatae die 2 mensis Augusti pro omnibus Christifidelibus eo modo quo gaudent Ecclesiae Fratrum Minorum universi ejusdem Ordinis S. Francisci?* »

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita audito etiam voto P. Procuratoris Generalis eorumdem Fratrum de Observantia nuncupatorum, die 19 Septembris anno 1741 censuit supplicandum esse Sanctissimo pro declaratione affirmativa, et quatenus opus sit, pro nova concessione. De quibus omnibus facta per me infrascriptum Secretarium die 23 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando benigne annuit.

L. CARD. PICUS PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CV.

MONIALIUM INSTITUTI S. CLARAE ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIV sub die 23 Septembris 1741 audito voto Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae habitae die 19 ejusdem mensis et anni Ecclesias Sanctimonialium Instituti S. Clarae Ordinis Minorum S. Francisci Indulgentia Portiunculae die 2 Augusti a primis Vesperis usque ad solis occasum sicuti gaudent Ecclesiae Fratrum ejusdemmet Ordinis gaudere benigne declaravit, eamque quatenus opus sit nova concessione confirmavit.

L. CARD. PICUS PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CVI.

ORDINIS MINIMORUM S. FRANCISCI DE PAULA.

Sacra Congregatio Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita habita die 19 Septembris 1741 declaravit, reformationem Missae, et Officii S. Francisci de Paula a S. R. C. sub die 23 Januarii 1740 pro toto Ordine ejusmodi, ac Regno Siciliae emanatam non obstare, quin omnes et singuli Christifideles, qui Missam, et Officium ejusmodi in Festo et per Octavam ejusdem S. Francisci de Paula devote celebraverint, vel recitaverint, Indulgentiam centum dierum in singulis diebus praefatis a S. M. Clemente VII sub die 17 Maii 1528 concessam lucrari possint et valeant. Et facta de praedictis sub die 18 Octobris ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua benigne approbavit.

L. CARD. PICUS PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CVII.

CREMONEN.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita habita die 19 Septembris 1741 censuit Privilegium Altari Ma-